

Rescripta Pontificis dispensationum in Matrimonii impedimentis
Non solent continere gratiam factam, sed gratiam faciendam.

Gratia dispensationum in Matrimonii impedimentis
Committi solet Vicario Generali illius dioecesis ad quam pertinet sponsa.

Gratia dispensationum in Matrimonii impedimentis
Non committi solet Vicario Capitulari qui alterius nequit executioni mandare rescripta ad priorem Vicarium Generalem directa.

Vacante Sede Episcopali, rescripta dispensationum in Matrimonii impedimentis
Committi solent Vicario Generali Episcopi vicinioris, non autem Vicario Capitulari.

Si antequam rescriptum dispensationum in Matrimonii impedimentis, sit executioni mandatum, status rei mutetur,
Rescriptum corrumpit et exequi amplius nequit, sed necesse est iterum ad S. Pontificem recurrere pro novo rescripto, quod ex stylo Curiae, *Perinde valere* appellatur.

Mutatio rescripti dispensationum in Matrimonii impedimentis suborta
Non potest amplius nocere, nisi novum sit impedimentum.

In executione rescripti dispensationum in Matrimonii impedimentis
Tenetur executor accuratissime rescripti clausulas sive formulas observare, quae maxime in rescriptis Datariae plures sunt.

Quando dispensatio datur, Matrimonio iam contracto,
Executor, facta dispensatione, debet satagere ut Matrimonium, quo citius fieri poterit, revalidetur.

Revalidatio fit
Per novum utriusque consensum.

Si agatur de impedimentis publicis, emittendus est coram Parocho et testibus ad formam Tridentini
Nam cum primum Matrimonium publice sit nullum, publice quoque coram Parocho et testibus revalidari debet.

Si agatur de impedimento occulto, sufficit, ut sponsi sine Parocho et testium praesentia novum sibi praebeant Matrimonii consensum de praesenti.
Nam hoc casu Matrimonium publice consideratur ut validum et dispensatio occulti impedimenti a S. Poenitentiaria concessa in foro exteriori non prod-est.

Quia novum Matrimonium sine novo coniugis utriusque consensu esse non potest.
Novus utriusque coniugis consensus requiritur, sive uterque sive unus tantum impedimenti sit conscius

In hac gravissima difficultate securius esse medium recurrendi ad Poenitentiarium cum accurata descriptione status rei, omnium difficultatum et periculorum, ut aliquid de severitate remittat, vel a S. Pontifice ob naturalem consensum ab initio ad Matrimonium praestitum a nova praestatione consensus dispensationem obtineat, quam dispensationem *in radice* vocatur.
Coniux impedimenti ignarus de nullitate prioris consensus, si sciens de nullitate Matrimonii, novum consensum dare recuset, et Matrimonii solutionem reclamet, cum magno fidelium scandalo et filiorum damno;

Quod Pontifex in casu particulari abrogat legem afferentem impedimentum et irritat, vel revocat omnes effectus quos in eodem casu ipsa abrogata lex produxerat.
Dispensandi in radice forma in eo consistit

Quia Episcopus Ecclesiae legem auferre non potest, nisi id fiat ex consuetudine, aut ex tacita S. Pontificis voluntate.
Iure Episcopus dispensare non potest in dirimente Matrimonii impedimento publico

Si primum, Episcopus dispensare potest, quia praesumptam habet facultatem a S. Pontifice adeo consuetudine firmatam, ut indultum videatur aemulari. Si secundum, ob eandem rationem Episcopus dispensare potest, si adsit vere gravis et urgens necessitas.
Si impedimentum est occultum, aut agitur de Matrimonio iam contracto, aut de Matrimonio contrahendo.

Ut super affinitate ex illicita coniunctione producta, crimine absque machinatione, consanguinitate et affinitate tertii et quarti gradus.
Solent Episcopi a S. Sede obtinere specialem delegationem circa quaedam occulta impedimenta dispensandi

De Divortio.

Quod satis probant Digestorum, Codicis Iustiniani, et Decretalium SS. Pontificum singulares tituli, de divortii et repudiis.
Ex veteri et novo iure liquet a contracto Matrimonio sponso quandoque recessisse per *Repudium* et *Divortium*

Repudium est

Renuciatio facta sponsalibus, aut Matrimonio, et a sponso vel marito missa sponsae vel uxori.

Repudium apud Hebraeos erat toleratum; sed ab Ecclesia Catholica, numquam fuit admissum.

Nam Christus ait: *Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras, ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, moechatur.*

Divortium est

Legitima separatio mariti et uxoris ex iusta causa a iudice competente facta.

Divortium quoad vinculum illud dicitur

Quod dissoluto Matrimonii vinculo coniugibus datus ius novi ineundi Matrimonii.

Divortium quoad thorum illud dicitur

Quod stante Matrimonii vinculo dat coniugibus ius vivendi seorsum quoad thorum.

Divortium quoad habitationem illud dicitur

Quod stante Matrimonii vinculo dat ius coniugibus vivendi seorsum quoad habitationem.

Matrimonium legitimum, quod inter infideles contrahitur, solvitur, quoad vinculum per conversionem unius coniugis ad fidem catholicam, si pars, quae remanet in infidelitate, nolit cum converso pacifice et sine iniuria Creatoris habitare.

Quod si infidelis discedit, discedat: non enim servituti subiectus est frater aut soror huiusmodi; in pace autem vocavit nos Deus. Aperta est enim in hac re D. Pauli sententia.

Si infidelis paratus sit cum converso pacifice habitare sine iniuria Creatoris, et nullum sit mali aut perditionis periculum, non solvitur Matrimonii vinculum

Quod ita fuit a D. Paulo definitum: *Si quis frater habet uxorem infidelem, et haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si quae mulier fidelis habet virum infidelem, et hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum.*

Matrimonii vinculum, non solvitur si uterque coniux infidelis ad fidem convertatur, et Baptismum recipiat.

Nam per Sacramentum Baptismi non solvuntur coniugia, ut ait Innocentius III., sed dimittuntur crimina.

Si coniuges in infidelitate Matrimonium contra-

Nam infideles legibus ecclesiasticis non subiiciuntur; tamen in casu quo per conversionem ad fidem

solvitur Matrimonium, proles prius suscepta avellenda est ab infideli, et penes fidelem educanda est.

xissent cum aliquo impedimento dirimente tantum iuris ecclesiastici Matrimonii vinculum non solvitur.

Alexander III. ait: *Altero etiam repugnante eligere monasterium, sicut Sancti quidam de nuptiis vocati fuerunt, dummodo carnalis commixtio non intervenerit inter eos: Quia cum non fuissent una caro simul effecti, satis potest unus ad Deum transire, et alter in saeculo remanere.* Tridentinum anathema fert in eos, qui dicerent, Matrimonium ratum per solemnem Religionis professionem non dirimi.

Matrimonium ratum et non consummatum inter ipsos fideles solvitur quoad vinculum, per unius professionem religiosam in approbata aliqua Religione emissam, et alter iure fruitur novum sibi quaerendi coniugem, non autem revocandi professum.

Alexander III. ait: *Et alteri remanenti, si communitus continentiam servare noluerit, licitum est ad secunda vota transire.*

Sponsis post Matrimonium, et ante eius consummationem, bimestre tempus conceditur.

Probatur exemplo plurium SS. Pontificum, qui similes dispensationes ob iustam et gravem causam concessere, et ex definitione Benedicti XIV.

Solvitur quoad vinculum Matrimonium tantum ratum per S. Pontificis dispensationem.

Qua definitur, Matrimonium prius contractum propter dirimens impedimentum, non posse existere; hoc modo proprie non rescinditur Matrimonii vinculum, sed tantum decernitur nullum, ut semper fuit.

Solvitur Matrimonium ratum per Episcopi sententiam,

Quod Deus coniunxit homo non separet. Omnis qui dimittit uxorem suam et alteram ducit, moechatur, et qui dimissam a viro ducit, moechatur. Tridentinum definivit, Matrimonium quoad vinculum dissolvi non posse propter haeresim, molestam cohabitationem, aut adulterium.

Matrimonium consummatum indissolubile omnino est:

Fit primo utriusque coniugis consensu, cum vel ambo ingrediuntur Religionem, et in ea profitentur, vel unus profitetur in Religione, aut Sacros Ordines suscipit, et altera in saeculo manens emittit perpetuae castitatis votum. Fit deinde altero coniuge invito, cum cupiens divertere, in iudicio Ecclesiae iu-

Divortium quoad thorum et habitationem, in Matrimonio consummato, fieri potest aut in perpetuum aut ad tempus, tum utriusque coniu-

- gis consensu, tum altero invito.
- Ex iure Canonico, iustae causae hae probantur divortii:
- Regula in divortii causa adulterii est:
- Exceptio regulae divortii in causa adulterii.
- Quaestiones matrimoniales quoad Matrimonii vinculum et quoad separationem Matrimonii quoad thorum et habitationem
- Quaestiones matrimoniales quoad dotem, successiones, alimentum et huiusmodi
- Instantia in causa nullitatis Matrimonii
- Instantia in causa separationis coniugum
- Facto scrutinio testium, motivorum separationis, si de legitima separationis causa constet
- Si agatur de uxore quae saevitiam patitur, in causa separationis,
- stam et legitimam divertendi causam allegat, et sufficienter probat.
- Adulterium, haeresis sive apostasia, saevities coniugis, periculum corporis vel animae. *Quae animam male corpore utentem a lege Dei aberrare faciunt, et perniciose turpiterque corrumpunt.* S. Augustinus.
- Coniugem innocentem posse dimittere adulterum, absque distinctione inter adulterium mariti aut uxoris:
- Si adulterium non sit culpabile, si maritus sit causa vel auctor adulterii uxoris, si iniuria per adulterium Matrimonio irrogata iam sit a parte innocente remissa, expresse vel tacite, si uterque coniux sit vel fiat adulter.
- Ad iudices ecclesiasticos omnino pertinere noscuntur ex lege canonica.
- Possunt cognosci a iudice saeculari, sed si earum occasione controversia suboritur de vinculo Matrimonii, aut de iure separationis, haec est per iudicem ecclesiasticum definienda.
- Regulariter proponenda est coram Episcopo vel Ordinario, et plene ac perfecte probanda est per testes omni exceptione maiores cum assistentia Defensoris Matrimonii, iuxta formam Benedicti XIV.
- Proponenda est coram Ordinario, qui post acceptum libellum mandat probari separationis motiva, et examinari testes pro informatione Curiae.
- Ordinarius, interlocutorie pronunciat, esse supplicanti ius et licentiam ad tempus vivendi seorsum ab alia coniuge.
- Ordinarius uxorem iubet sub custodia poni aut in aliquo feminarum claustro, aut penes honestam et probam matronam, ita ut subsidio expensarum, et alimentorum exhibendorum a marito, teneatur in legitimo iudicio usque ad definitivam sententiam causam prosequi.

Proles ex Matrimonio suscepta educanda regulariter est penes matrem expensis patris, si ipse separationi causam dederit; si vero causam dederit mater, penes patrem et suis expensis.

Facta coniugum separationem in causa divortii iuxta canones,

De Ecclesiis.

Tamquam templum manufactum in quo fideles congregati, Deo sacrificia offerunt, preces fundunt, et Sacramenta et alia Religionis subsidia recipiunt.

Hic consideratur Ecclesia

Dicitur *Basilica*.

Ecclesia principalis ceterisque dignior

Dicitur *Metropolitana*.

Ecclesia in qua sedem habet Archiepiscopus

Dicitur *Cathedralis*.

Ecclesia in qua sedem habet Episcopus

Dicitur *Collegialis*.

Ecclesia in qua adest Canonico-rum collegium

Dicitur quae alias tanquam filiales habet subiectas Ecclesias.

Ecclesia *Matrix*

Dicitur quae habet fontem Baptismi.

Ecclesia *baptismalis*

Dicitur quae habet adiunctam curam animarum.

Ecclesia *parochialis*

Dicitur quae a Regularibus regitur.

Ecclesia *regularis*

Dicitur quae a clericis saecularibus regitur.

Ecclesia *saecularis*

Oratoria publica et privata, quae ad divinorum officiorum et sancti sacrificii celebrationem sunt destinata.

Ad ecclesias referuntur

Consensus Episcopi qui per se aut per delegatum locum designet, crucem figat, et primam lapidem ponat; dos quidquid necesse est pro conservatione aedificii, divini cultus exercitio, et alimentis ministrorum, iusta causa erectionis quam exhibet commoditas plebium et utilitas universitatum; ut vitetur praedictum aliarum Ecclesiarum.

In ecclesiarum erectione hae conditiones observandae sunt:

Potest novum opus nuntiari, quo facto aedificans per tres menses ex iudicis praescripto tenetur opus

Qui credit se laesum propter erectionem Ecclesiae novae